







Romano Pontifici parere, ut refert Rhenanus Chypinus lib. 2. Intra quatuordecim dies, tit. 7. n. 23.

Episcopo Venet. ita legendum est, non Venetosi, ut legitur in 3. collect. Venetorum civitas vulgo dicta Venetia: est in Armorica, sub metropoli Turonensi, cujus meminerunt Plinius l. 4. c. 18. Strabo lib. 4. Caesar l. 3. c. 2. Ibi hujus civitatis est longe amplissima auctoritas omnia ora maritima regionum earum, quod & naves habeant Veneti plurimas, quibus in Britanniam navigare consueverunt. Habet Ecclesiam Cathedralen D. Petro dicatam, cujus Praesulum scriem tradunt Chenu in chorol. Gall. fratres Sarmath. tom. 3. Gallia Christi. fol. 1195. Innocentius III. temporibus eam Ecclesiam regebat Gamedrosus, de quo Gillelmus Brito l. 5. Philippidos.

Quem Guidonius Venetensis Episcopus illo Tempore servabat puerum, Regium Philippo.

Ad Velum Avenae. Ita etiam legitur in tertia collectione, sed male; legendum enim est, ad Velabrum, in cujus nominis etymologia non consentiunt Interpretes, licet quoad locum non dissentiant. Velabrum enim est locus Rome juxta montem Aventinum prope Circum. Plutarchus in Romulo. Bulegerus de Circo cap. 2. pag. 93. existimat, ita dictum fuisse, eo quod cum plaustris locus esset, homines qui volebant transire in Aventinum, ferebantur eymba, & solvebant stipem; pecunia autem, quae solvitur auris, velatura appellatur, unde velabrum dictum fuit. Sed rectius F. Petrus Martyr in robis sacris, Roma, existimat Velabrum locum esse, in quo vela obdebantur, sub quibus oleum, & familia vendebantur; idcirco a velis exibus Velabrum dictum fuisse, juxta illud Plauti, Buxi in Velabro olearii. Quia igitur juxta hunc locum Ecclesia Sancti Georgii constructa erat, Cardinalis ipse dicebatur tituli Sancti Georgii ad Velabrum.

Unde arguebat esse subjectam Episcopo dicecesano, ex cap. omnes 16. quod 7. & aliis Ecclesiarum canonibus; quos congerunt, & illustrant Bolquetus in notis ad Innoc. III. d. l. 1. ep. 7. Savarus in notis ad Sidon. l. 4. ep. 15. Crespius in summa, de verbo Omnes Pastores. Balboa in c. 1. q. 1. de foro compet.

Nantes. Legendum credo Nannetes, siquidem Nannerum civitas est Galliae, vulgo dicta Nantes, ad ostia Ligeris, de qua plura fratres Sarmatani tom. 3. Gallia Christiana, fol. 759. g. Colleges. Abbates videlicet Mallesis, & de Granot, quorum monasteria sunt Ordinis D. Benedicti in dioecesi Nannetensi, ut refert fratres Sarmatani tom. 4. Gallia Christi. h. de communis assensu. Quomodo in hoc casu compromissum fieri possit, contra textum in c. cum contra, de arbitris, in eius commentario exponemus.

Duo eorum. Quare duo ex iudicibus delegatis sine tertio procedere possunt in presenti specie, uti non adjecta electio in scripto clausula, quod si non omnes, expoliti in c. scripturatus, de rescriptis.

Syndicum. Quia monachi non per se, sed per syndicam debent in iudicio comparere, ut probavi in c. unico, de syndico. Illud autem in presenti difficile est, quomodo videlicet syndicus, mortuo Abbate, & ejus Sede vacante constitueretur, cum syndicus constitui debeat a Praelato, vel ejus auctoritate, c. causam que 9. de iudicibus, ibi: Fratres monasterii cum auctoritate, & assensu Episcopi sui ingrediantur negotium. Et ideo non potest institui iudicium contra Ecclesiam Pastore destitutam, c. sine, ne sede vacante. Agnovit difficultatem Glossa in presenti: verbo Procuratorem; & asserit, in presenti agi de causa electionis Praelati, quae recte tractari non potest, nisi Sede vacante, & cum dabitur de iure eligendi Praelatum, differri non poterat, & prius discutienda erat, quam de Praelato providetur Ecclesiae, c. cum dilectus, juncta glossa prima, de consuetudine, & ideo constitutio procuratoris in presenti valuit facta tan-

tum a monachis, qui in alia causa sine Praelati auctoritate non possent ipsum constituere. Glossam sequitur Panormitanus in presenti, n. 14. Batrius n. 34. Barboza hic, Felicius in c. ad hoc, n. 7. de rescriptis. Nec obstat, si dicitur, in presenti textu procuratorem non tantum constitui ad causam electionis, verum & ad alias ipsius monasterii, ut constat ex illis verbis. In casu monasterii. Nam ea verba comprehendunt causas, quae possunt contingere circa ipsum electionis negotium, quae omnes tanquam accessoria agitari possunt per procuratorem a monachis constitutum, argumento capitis de prudentia, de donationibus inter. Circa alias vero causas, quae moveri possunt super rebus spectantibus ad ipsum monasterium, in quibus per se agere non potest, nec etiam procuratorem constituere, videndi sunt Vantius de nullitatis, tit. ex defectu habitatis, num. 47. Menchaca usu frequentium l. 1. c. 16. Quare cum electio Praelati spectet proprie ad monasterium, c. t. c. sacrosancti, de lectione; ideo super negotio electionis syndicam, seu procuratorem constituere valet.

Agere & respondere. Cum enim monachi ad iudicium ut rei vocentur, si constituerent procuratorem tantum ad agendum, non admittentur ad defendendum, ut probavi in c. constiti de proci.

Dammum. Unde quia damnum notorium erat, non fuit necessaria lesio probatio, ut in aliis casibus contingit, quos enumerat Morla in imper. tit. 5. quod 1. num. 8.

Scholarum. Cum enim procuratoris negligentia noceret domino, cap. non iniuste 14. de procurator. Gallus lib. 1. obsequio, cap. 45. Nantius de procurator. tit. 3. num. 300. ideo necessaria fuit restitutio in integrum, ut monachi possint iterum audiri, & privilegia allegata scire.

Pendente. Sed lite pendente super electione, non admittitur nova electio, cap. ex litteris, de iure par. igitur statim inferenda, & cessanda erat electio monachis celebrata. Hac difficultate oppressi Innocentius & Abbas in d. c. ex litteris, Rochus de Curte de iure par. verbo Competens aliam, num. 52. & in c. quoniam 47. ubi Berolus, de iure paron. Glossa penultima in cap. hoc quippe 3. quod 6. existimantur, electionem, lite pendente, fieri posse, dum tamen eius confirmatio conferatur post litem eventum. Sed hac sententia satis restituitur ex d. c. ex litteris. Quare ea sententia omnia discrimina ita constituendum est. Aut enim lis vertitur super proprietate juris eligendi, aut super quasi possessione ejusdem juris. Primo casu possessor potest eligere, aut praesentare; quo casu procedunt textus in c. querelam, de electione, cap. cum olim, de causa possessi, c. 2. ut lite pendente; & statim confirmatio facienda est, non expectato litem exitu l. 9. tit. 15. p. 1. Docet Praepositus in dicit. cap. hoc quippe, Decius in dicit. cap. ex litteris, num. 54. Lambertinus de iure paron. 2. p. 3. art. 9. n. 3. Pacificus enim possessor non est privandus commodo iure possessionis, lite pendente, c. 1. ut lite pend. Commodium autem hujus quasi possessionis est electio: igitur adhuc lite pendente potest fieri, & confirmari. Sin vero lis agitur super quasi possessione juris eligendi, est adhibenda ea distinctio: nam aut uterque litigator intendit esse in quasi possessione eligendi; aut unus tantum. Primo casu certum est, neutrum posse eligere, ne, lite pendente, aliquid innovetur cap. 1. ut lite pend. & tunc procedit textus in d. c. ex litteris; & si de facto unus eligat, electionis confirmatio protrahenda est usque ad litem exitum. Secundo vero casu cum constat unum esse litigatorem esse in quasi possessione eligendi, potest statim eligere, cum suo iure utatur. Glossa in d. c. 1. ut lite pendente. Confirmatio autem differenda est in litem exitum. Unde cum in presenti monachi tantum essent in quasi possessione eligendi Praelatum, ut Episcopus Venetensis facebatur, merito etiam lite pendente eligere valebant, nisi excommunicationis sententia essent ligati.

C A P U T III.

Idem a Helien, & Floren. Episcopo.

Auditis, & intellectis causa meritis in questione, quae vertitur inter b. Vigorin. Episcopum, & Abbatem de Evescam, super Ecclesiam in valle de o Evescam, quas Episcopus adferit ad se dicecesana lege spectare; Abbas autem eas ad ejus jurisdictionem profus esse exemptas: cognovimus eviderent, Ecclesias illas per privilegia Rom. Pont. non esse ab Episcopali jurisdictione substractas, nisi forte vallis de Evescam sit ille d. locus, qui fuit a duobus Regibus, Roc videlicet, & o. Offa libertati donatus, & quem bona memoriae f. Caesitini Papa libertati donavit, sicut in ipsius privilegii continetur. Verum tanto tempore probantur per res ab Abbatibus de Evescam pleno iure possessa, ut videatur in eis ius Episcopale legitime praescriptum, nisi forte per tantum temporis spatium Vigorin. Ecclesia interim vacavisset, ut tempore vacationis subducto, praescriptio minime fit completa. Et in hoc: Licet autem utrinque sit in causa conclusum; quia tamen utraque pars necessariam (ut adferit) probationem omisit, non attendentes, quod utraque Ecclesia fungatur iure minoris, aequitate pensata, utramque restituimus contra reliquam, ad probandam rationem omisam, ne alterutra pars propter huiusmodi negligentiam gravi iactura g. ledatur.

N O T A E.

Helien. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 2. & in cap. auditis, de rescriptis, ubi extat alia pars hujus textus. De Ecclesia Helieni nonnulla notavi in cap. pastorem, de rescriptis. Rectius tamen in dicta tertia collectione, pro Floren. legitur Rophensis; nam Rophensis civitas est etiam in magna Britannia, vulgo dicta Rochester: habet Ecclesiam Cathedralen, ubi Iustum primum Episcopum ordinavit B. Augustinus Angliae Apostolus, ut refert Beda l. 2.

Anglia, cap. 3. De Ecclesia nonnulla adducit Polyd. Vergil. l. 2. hist. Anglia, in principio.

Vigorin. De Virgornensi Ecclesia aliqua adduxi in c. 9. de rescriptis.

Evescam. In tertia collectione legitur de Evescam; sed legendum est Evesham. Monasterium enim Eveshamum est Ordinis Divi Benedicti, constructum a S. Equino Episcopo occasione apparitionis B. Virginis Mariae eo in loco, ut refert Camdenus in sua Britannia, pag. 314. Holinshus in hist. Anglia, cap. 2. & ex eis Richardus Smithus in floribus Anglia, l. 2.

l. 2. c. 7. pag. 133. cujus monasterii Abbati referunt Pontifex in c. causam 9. de iudicibus.

Sic ille locus. Et verus locus ille est in Vigornensi Episcopatu.

Roc videlicet Offa. Ita legitur in hac 6. collectione: in tertia habetur Komrade; sed falso, legendum enim est Coenredus Offa. Ibi enim fuerunt Reges magnae virtutis. Coenredus Rex fuit Morejorum, grandis magnificentiae: de eo Beda l. 5. hist. Anglia, p. 20. ita ait: Anno Imperii Olfredi, quartus (qui fuit Christi 709.) Coenredus, qui Regno Morejorum nobilitatem tempore aliquanto praeferat, nobis lites multa sepra Regni reliquit; nam venit Romam, ubi athenius, Pontificatum habuit. Constantinus, monachus factus, ad limina Apostolorum jejuniis, & elemosinis usque

ad diem permansit ultimum, de Offa Rege, ita ait Malmsburyensis l. 2. c. 6. Offa juvenis jucundi vultus, & animi, exaltis floride, & maximi apud cives amoris, qui hortatu Kl. nescivitha, cujus noptiis suspiraverat, caelestis doctus suspirare amores, Romam venit, ibique athenius suo tempore calica Regem subivit. De his Regibus plura Richardus Smithus d. l. 2. c. 7.

Caesitinus. Ita legitur in hac 6. collectione: in 3. autem habetur G. P. Sed utrobique male; legendum enim est, Constantinus, qui in Romanum Pontificem electus fuit anno 708. & decessit anno 714. ut refertur Baroan, & Corvolanus in eisdem annis.

Ledatur. Sequitur textus in c. ex ore 17. de privilegii. Ubi praesentis controversiae sententia proponitur.

C A P U T IV.

Idem a Priori S. Maria ad Carceres, & Canonico S. Maria de Mandria.

EX litteris Abbatis de b. Calvens didicimus, quod cum Ramifans & Grimol. e. Acchiepiscopi inter i. virum, & L. mulierem ex delegatione nostra sententiam divorcii protulissent, & appellatione interposita cognitionem sententiae ipsi d. Abbati, & Archiepiscopo Paduano duxerimus committendam, quia pars mulieris ad preceptorium terminum non accesserat, Abbas ipse, cui alter conjudex commiserat vires e suas, allegacionibus diligenter inspectis, latam a iudicibus predictis confirmavit sententiam: sed post octo dies pater puella ad ipsum accedens, intellecto quod sententiam protulisset, firmavit proprio juramento, quod quidam ad eum, & filiam ejus accedens, fraudulenter sub ipsius Abbatis nomine fallas eis litteras praesentavit, quibus mandatur eidem, ut quia iudex ad diem, quam assignaverat, venire non poterat, post octo dies a termino constituto ipsius fe. conspectu praesentaret; & postmodum appellavit ad Sedem Apostol. & etiam si supplicavit. Licet autem de fraude taliter perpetrata per huiusmodi juramentum non constat ad g. plenum, in favorem tamen matrimonii, de benignitate canonica contra fraudem propositam supplicationem mulieris admittimus, & ad audientiam restituimus eam pro matrimonio postulantem. Ideoque mandamus, quatenus de causa prioris appellationis ordine iudiciali cognoscetes, confirmetis, vel infirmetis, sicut iustum fuerit, sententiam a primis iudicibus promulgatam.

N O T A E.

Priori. Ita etiam legitur in 3. collectione, sub hoc tit. c. 3. Monasterium hoc D. Maria ad Carceres est Ordinis Camaldulensium, in dioecesi Paduana, de quo, & Camaldulensium Ordine agit Yepes tom. 4. chron. Ordinis D. Benedicti anno 1009. t. 4. c. 6. n. 60.

Calvens. In 3. collectione, sub hoc tit. c. 3. legitur Calvensis. credo tamen legendum esse Cavallensis, quod monasterium est etiam Camaldulensium, cujus meminit Yepes ubi supra. c. Archiepiscopi. In 3. collectione legitur Archiepiscopi, & rectius, cum nullibi legamus huiusmodi Archiepiscopatum reperiri.

Abbat, & Archiepiscopo. Licet enim cognitio, & decisio causarum matrimonialium ad Episcopum spectet, c. accedentibus, de excessibus Praelatorum, c. auditis, de praescriptis, Concilium Trid. sess. 24. de reform. c. 20. Sanchez de matrim. l. 3. disp. 29. n. 17. Balthus eod. tract. l. 5. c. 11. Barboza de potest. Episc. alleg. 84. tamen ex delegatione potest inferior Episcopo de causis matrimonialibus cognoscere, c. propositis, de probat. c. 1. ut lite non contest. c. Albericus, de testibus, c. 1. de consanguinit. c. spiritus, cap. litteris, de restitutione sponsal. c. juvenis, c. veniens, de sponsalibus, junctis eorum inscriptionibus, c. 2. de clerici coniug. in 2. collect. Unde in presenti Archiepiscopis, & Abbati causa matrimonialis committi potuit.

Vires suas. Quo casu unus sine alio in causa procedere potest, c. causam, de officio delegati, probavi in cap. scripturatus, de rescriptis.

Supplicavit. Idem petit, rogavit: supplicare enim est precibus enixis petere, ut reformetur id, in quo quis gravatus reperitur, auctoritate quoque supplicatio, c. de precibus Imperator. offerendis, Valtres l. 2. de iudicibus, c. 3. supplicatur enim superiori, ut gravamen ab inferiore tollat. Salsedo, de supplicatione ad iudicissimum, p. 1. c. 1. in princ. & habet locum supplicatio etiam, cum appellatio non admittitur. Unde in Regis Cancellariis supplicatur a sententia, licet ab ea appellari non possit.

Non constans ad plenum. Sed quomodo conceditur restitutio, nisi plene probetur laesio, cum lesio probatio plena, aut semiplena saltem desideretur, c. cum Barolus, de re iudicata, Abbas in presenti, Barolus, & Jaso in l. 2. q. quod dicitur, ff. si quis cautionibus: sed depositio mulieris in presenti non facit semiplenam probationem, siquidem integrum testimonium non continet, l. ceteris q. ff. de testibus, l. pariter, c. eod. tit. c. supra eo 22. de testibus: igitur eo hanc depositionem restitutio non erat concedenda. Cui difficultati, ommissis solutionibus traditis a Cardinali in presenti, c. 2. c. 3. Abbate n. 34. dicendum est, restitutionem ab Innocentio in presenti concedi tantum

ex aequitate favore matrimonii, quamvis inspectis juris communis regulis concedenda non esset, ut constat ex illis: In favorem tamen matrimonii, de benignitate canonica. Sed tunc major insurgit difficultas; nam ad quid necessaria restitutio fuit in casu praesenti, si iure ordinario poterat mulier audiri favore matrimonii adversus sententiam in ea causa prolatam? Nam sententia super causa matrimoniali dicta nunquam transit in rem iudicatam, c. lator, c. tenor, c. consanguinitas, de re iudicata, c. causam 14. de probationibus, c. fraternitati 6. de frigidis. Covar. 2. p. de matrim. §. 17. n. 2. Sanchez l. 7. de matrim. disp. 100, per totum, plures relati a Barboza in presenti, & in d. c. lator. Ratio redditur a Gratiano in principio 35. q. 9. nam cum quos Deus conjunxit, homo separare non possit, etsi pater condemnata non appellet, semper auditur; cum iudex sententiam sua facere non possit, ut conjuges pro conjugibus non habeantur. Pro cuius difficultatis solutione quaerunt Doctores, quoniam remedium contra sententiam in causa matrimonii injuncte prolatam agi possit? Et quidem agendum esse remedium restitutionis docuerunt Innocentius in presenti, n. 5. Abbas n. 2. Immo la n. 6. Verum haec sententia restituitur ex ratione proxime adducta; quare verius dicendum est, quod licet sententia in causa matrimoniali prolatam retractari possit, nihilominus tamen ad praedictam retractationem inchoandam, sive per viam ordinariam, sive extraordinariam, necessario praecedere debet aliqua causa iusta & rationalis cognitio; quae arbitrio iudicis examinata, ab eodem talis iudicetur, ut iterum causa retractari possit: & tunc talis sententia matrimonialis retractatio dupliciter intendi potest, vel enim pars intendit, ut retractetur sententia inchoando novum processum, & novam instantiam, vel faciendo regressum ad acta antiqua, & ad processum iam factum, instantiamque finitam post tempus appellationis. Inter utrumque modum illa est differentia, quod in priori casu iure ordinario pars condemnata quocumque tempore admittitur, praecedente praedictae causae cognitione; quia a iure concessum est, ut sententia in causa matrimoniali lata, comperta veritate possit retractari, & proinde non est necessarium hoc casu remedium extraordinarium, d. c. lator, c. tenor: cum vero regressus intenditur ad acta praeterita, & instantiam iam finitam, necessarium est restitutionis remedium, quia quoad illa acta priora sententia omnino transit in rem iudicatam, juxta legem proferendam, c. de iudicibus, c. 2. de re iudicis, docent in presenti Antonius, & Abbas, Covar. despons. l. 1. p. c. fin. §. fin. Sanchez l. 7. de matrim. disp. 100. n. 8. quo secundo casu procedit praesentis textus, in cuius specie cum ingressus intendatur ad acta priora; ideo necessarium fuit beneficium restitutionis.

C A P U T V.

Idem a Episcopo, & Capitulo Ofsen.

Tum ex litteris b. Caesitini Papae praedecessoris nostri, tum ex his, quae ipsius temporibus gesta fuerunt, gravem e. liden. Ecclesiam innoxiam questionem per sententiam d. Eugenii Papae super Ecclesiis quibusdam prolatam, se lesam enormiter, & olim, & nunc etiam contulerentis. Unde cum idem Caes. tempore e. Anastasii Papae proxime successoris ejusdem Eugenii in minori adhuc f. officio constituitus, in partibus Hispaniarum legationis officio fungereur, & ex delegatione ipsius cognoscere cepit de controversia memorata, cui etiam Alex. successor ipsius Anastasii officio legationis denuo in partibus eisdem fungenti causam commisit eandem: idem quoque Caesitinus

stinus ad apicem summi Pontificatus promotus G. S. g. Angeli Diacon. Cardin. tunc Apostol. Sed Leg. dictam controversiam sub eo te ore commisit, ut inspectis Herden. Ecclesia privilegii, auditis etiam partium rationibus, memorata sententia non obstante, diffinitivam proferret sententiam, eamque faceret observari. Verum quoniam per ipsum Legatum, aut per alios, quibus sub eodem tenore eadem causa commissa exiit (licet producti testes ex parte Herden. Episcopi recepti fuerant) mandatum Apostol. non exiit adimpletum, Magister A. Canonicus Herden. postulavit per officium b nostrum dictam sententiam in melius reformari, & contra eam restitui Ecclesiam Herden. Nos igitur cum fratribus nostris, & aliis deliberavimus diligenter, nonnullis asserentibus, quod cum predictis C. prad. noster contra iandictam sententiam visus fuerit Ecclesie restitutionis beneficium indulgisse, cum ea non obstante duxerit negotium committendum, & nos supplicationem ejusdem Ecclesie admittere debeamus, praesertim quia sententia Roman. Sed. non negatur posse in melius commutari, cum aut subreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione actuum, & temporum, seu gravium necessitatum dispensative quidquam ordinare decreverit. Et secundum iura civilia Principes etiam contra res bis iudicatas in auditorio suo examinari restitutionem in integrum permisissent. Persequimur quoque ex data sententia in registro dicti Eugenii Papae reposita, quod primo mense sui Pontificatus fuerit promulgata, quando non plene de meritis ipsius causa videbatur instructa, illa nitens praecipue ratione, quod privilegium l. Urbani III. ex parte vestra productum, subiectum fuerat infirmitati, cujus tenorem nos in registro ipsius invenimus incorruptum. Tandem deliberatio nostra in hoc rescidit, ut an data sit restitutio, an danda contra praemissam sententiam, partibus praesentibus decerneretur, quarum asseritione merita causamur panduntur. Quo circa mandamus, quatenus usque ad festum Beati Lucae, vel in propriis personis, vel per idoneum responsum nostrum vos conspectui praesentis, quod dicta sententia retractari non debeat (si poteritis) ostendatur: vel si forte exigente iustitia fuerit retractanda, vel per vos, vel per responsum idoneum apparatus sufficienter instructi, ut in principali negotio canonice procedatur: pro certo scituri, quod cum propter multam locorum distantiam non possit ad vos sine magnis laboribus & expensis sepius haberi recursum frad praemissum terminum, quem vobis peremptorium assignamus, injuncta vobis contemptis adimplere, nos nihilominus in ipso negotio, quantum de jure poterimus, procedemus.

NOTAE.

- 1. **O** *Scenii.* Ita etiam legitur in tertia collectione sub hoc tit. c. 4. De Olfensi Ecclesia nonnulla notavi in c. 1. de his qua vi.
- 2. **C** *prodefforis.* Videlicet Caesarii III. qui antea dicebatur Giacyanthus, Diaconus Cardinalis S. Mariae in Cosmedin, in cuius tituli, & officii exercitio permanserat, cum electus exatit sextaginta annorum: unde adhuc in ipso titulo adeptus fuit tempora Anastasi, Eugenii, & Alexandri, & in Pontificem electus anno 1191. ut testatur Barotius, & Coriolanus in eo anno.
- 3. **C** *Herden.* Herda enim, vulgo *Lerida*, nobilis, & antiqua civitas est Aragonie, in provincia Tarraconensi: ejus meminerunt Ptolomeus l. 1. *geograph.* c. 17. Plinius l. 3. *hist. c.* 11. Pomponius Mela l. 2. *de sita orbis*, c. 3. Eam describit Lucanus l. 4. *de bello civili*: ab Illyricis conditam fuisse testatur Gerundius v. 2. *Parth. Hispan.* Sed alius ab Aenea eius originem referunt Ludovicus Nonius in *sua Hispan.* c. 84. Eudotus D. Ferdinandus de Valdes in *notitiis Lerida*, notitia 1. Habuit Cathedrali Episcopalem jam ab anno Christi 1088, eorum Flavium Dexter in *chron.* ait: *hinc Sedem Herdenensem Sautus Lucius vir sanctissimus.* Sed sicut alia Hispaniae Ecclesiae, iocurione Africanorum Praefulibus privata fuerunt, similiter Herdenensis Ecclesia orbata fuit Pastore, usque dum anno 1149. ea a Mauris recuperata, ordinatus fuit in ea Episcopus Guillelmus Perreus, ut refertur Zarita l. 2. *annalium*, c. 9. Carillo l. 4. anno 1149. Mariana l. 10. *de rebus Hispan.* cap. 18. ibi: *Guillelmus Perreus Rota Praeful. Herda Episcopus est creatus, contributis Rota, atque Balbastro: ipse & successores, nonnulli Herda se, & Rota Episcopi vocitabant.* Aliqua de ipsa Ecclesia adducunt Loayfa in *notis ad Concilium Herdenense* Tamayo a Salazar *tom.* 1. *Martyrol. Hispan.* die 23. *Januarii.*
- 4. **E** *Eugenii Papa.* Tertii videlicet, qui universali Ecclesiae praesuit ex anno 1145. usque ad annum 1153. Unde occasione reitaurationis Herdenensis diocesis, & assignationis novorum terminorum controversia in praesenti textu relata orta fuit.
- 5. **C** *Anastasi Papa.* Quarti videlicet, qui electus fuit anno 1154.
- 6. **O** *fficium.* Erat enim tunc temporis tantum Diaconus Cardinalis.
- 7. **S** *ancti Angeli.* Guillelmus videlicet, de quo agit Mariana ubi supra.
- 8. **O** *fficium nostrum.* An restitutio petatur iure actionis, expolli supra in c. 1.
- 9. **R** *estitutio Ecclesiam Herdenensem.* Sed tunc ingentem patitur difficultatem textus iste, cum restitutio in integrum, sive a minore, sive ab Ecclesia petatur, intra quadriennium sit petenda, c. 1. *de re sit.* l. 6. *Clement. unica, eodem tit. l. fin. Cod. de in integrum restit.* l. 8. *in. ubi* Gregorius *verbo Quatuor annos, tit.*

- 19. p. 6. *Morta in imperio, tit. 5. num. 19. Gomez l. 2. var. c. 14. n. 7. Pachinus l. 10. contr. 1. Olualdus l. 21. comment. c. 7. Layman l. 3. Junius, tract. 5. c. 11. n. 3. C. 4. Vulteus tom. 4. *consil.* 32. n. 207. Narmona de *ante*, anno 29. q. 11. n. 8. Henneffela in *leg. 3. tit. 4. p. 3. glossa 4. Gancercus tom. 2. var. c. 1. n. 22. Zipseus tom. 4. *consil.* 1. plures cogitavit a Barbola in *d. Clement. unica Moez in d. d. c. 1. hoc tit. l. 6. Ad* quod quadriennium tempus referendus est Caliodorus l. 4. *var. epist.* 35. *Consilio provida* decrevit antiquitas immores contractus liberos non habere: *ut & infantiatum loquetur haurirentur, & lapsis aras haurica subreptis. Obvenerunt quippe innocentia, si relaxatur audacia: clerice concitit fallendit ludium, si hauris subreptivum lucraretur effectum. Et ideo praeterea consuetudinis supplicatione potesta suggerit, partium vestrum in annis minoribus constitutum, in facultatibus suis potius aggregasse pendenda, dum ignara peritiam contraxerit, quae proluturata paravit: & nunc ad tempus acutus gerens, quo lapsis postquam per ignorantiam subreptis, allegantes, ut quod iura tribuerant, nostra quoque beneficia largiantur. Atque ideo si petitis vestra a veritate non deviat, & intra annorum spatia degit, quibus hoc beneficium leges sacratissimas praesertunt, nihil est quod iure contra referatur, patronum vestrum folemitter causa cognita in integrum restitui, nostra quoque permittit auctoritas. Ita tamen, ut omnia secundum iustitiam, legesque peragantur. Quia sic supplicantibus consulere volumus, ut eorum adversarios per iustitiam non gravemus, Sed in praesenti casu sententia lata fuit ab Eugenio III. et ob ejus laesione restitutio petita coram Caesario III. inter quem & praedictum Eugenium tertium, alii supremi Pontifices Romanae Ecclesiae praesertunt, nimirum Anastasius IV. qui per decem, & septem menses dimittaxat Sedem Pontificalem obtinuit: Adrianus itidem quartus, qui quinque annis, & aliquot mensibus Ecclesiam rexit. Alexand. III. qui uno, & viginti annis, novem diebus Pontifex vixit. Lucius tertius, qui quatuor annis, duobus mensibus, & viginti octo diebus Ecclesiam gubernavit. Urbanus III. qui integro anno, & decem mensibus Sedem Rom. tenuit. Gregorius VIII. qui Ecclesiam rexit uno mense, & viginti diebus. Glem. III. qui tribus annis, duobus mensibus, & viginti diebus Ecclesiae praesuit: igitur non potuit post tempus elapsium in integrum restitutio peti. Huic difficultati, omnis solutionibus traditis a glossa in praesenti, Immola n. 8. Abbate num. 3. respondendum est, in praesenti casu restitutionem in integrum petitam fuisse intra quadriennium, & semper Ecclesiam Herdenensem perstitisse, ut sibi concederetur, licet ob diversos, varioque casus obvenientes concessa non esset; unde licet post tot annos fuisset concessa, legitimo tamen tempore petita fuit.***
- 10. **I** *Urbani Secundi.* Qui Ecclesiam rexit ex anno 1088. usque ad annum 1099. testantibus Baronio, & Coriolano in *est dom. annis.*

C A P U T V I.

a Idem b Zamoren. & c Legionen. Episcopis.

Suscitata super diversis articulis inter ven. fratrem nostrum d. Burgen. Episcopum, & e. Oniense monasterium quaezitione, cum ven. frater noster f. Segovien. Episcopus, & dilectus filius T. g. Palentinus electus; quibus auctoritate nostra dicta fuit causa commissa, eam sufficienter instructam ad nostram praesentiam remissus; Nos eadem Episcopo, & L. monacho monasterii procuratori, qui propter hoc ad Sedem Apostol. venerant, audientiam concessimus liberam, & benignam. Qui cum coepissent, principaliter litigare super statu monasterii memorati, quod ad se de iure communi spectare dictus Episcopus proponebat, utpote in sua diocesi b constitutum, cujus iuris usum Burgensem Ecclesiam longis retroactis temporibus habuisse firmabat; & ex parte monasterii diceretur, illud per Principes i. seculares, & Rom. Pontifices ab antiquo libertate donatum, & ipsum longissimo tempore usum fuisse plenaria libertate, Nos auditis utrinque propositis, de voluntate partium demum ex providentia inter eas duximus componendum, prout in aliis nostris l. litteris super hoc conscriptis plenius continetur. Postmodum vero partibus super subiectione, ac libertate membrorum ejusdem loci, monasteriorum videlicet; capellarum, m. cellarum,

larum, & a Prioratum persequentibus quaezitionem, quatuor sibi dictus Episcopus in praesatis locis ad se de iure communi spectantibus, ut dicebat, cujus iuris usum habuerat ab antiquo, specialiter vindicabat, eorundem locorum clericos ascensum teneri ad Episcoporum, Archidiaconorum, & Archipresbyterorum Burgen. accedere synodos, excommunicationis, vel interdicti servare sententias promulgatas ab eis, procuraciones annuas exhibere, ac singulos aureos solvere Burgeni Episcopo noviter substituto: ad intentionem propriam roborandam super primis tribus articulis, ius commune, secundum quod dictos clericos, sicut & alios sua diocesis ad praedicta teneri dicebat, ac iuris ipsius liberum ab antiquo usum; & super quarto antiquam & approbatam consuetudinem allegando. De quibus omnibus per depositiones restitum fidem factam esse dicebat. Verum pars altera proposuit ex adverso supradicti monasterii membra, sicut & ipsum cenobium, ab antiquo fuisse secularium Principum, & Roman. Pontificum, Urbani II. Paschalis II. Eugenii III. & Alexandri III. privilegiis libertate donata, & longe retroactis temporibus hujusmodi fuisse libertate gavisam, sicut per ipsa privilegia exhibita coram nobis, ac instrumentum Victoris quondam Burgenis Episcopi, & suorum depositione testium manifeste constare dicebat. Nos igitur auditis, & intellectis, quae utraque pars proposuit coram nobis, super quatuor praemissis capitulis Monasterium Oniense de consilio fratrum nostrorum iustitia contemnimus exigente. Sententia vero lata procurator praesatus ad probandam praescriptionem, iam super quatuor articulis praenotatis, quam etiam super quibusdam decimis post o transactionem acquisitis a monasterio, Ecclesiae, & colonis ipsius, ex Episcopi parte petitis, quarum controversiam volebamus sententia calculo terminare, & in qua fuerat coram iudicibus supradictis conclusum, restitutionem in integrum nomine monasterii postulavit. Et cum super hoc coram nobis fuisset aliquandiu litigatum, nos deliberatione praehabita, restitutionem in integrum ad praescriptionem probandam, tam super quatuor articulis praenotatis, quam etiam supra controversiam decimarum, eidem procuratori nomine monasterii duximus indulgendam. Tibi frater Zamoren. & dilectis filiis Magistris Mauricio Archidiacono Toletan. & Michaeli Canonico Segovien. dantes nostris litteris in mandatis, ut recipiatis p. testes, quos pars monasterii ad probandam praescriptionem legitimam super quatuor articulis praedictis, & super capitulo decimarum, vel etiam Episcopum ad interruptionem probandam duxerit producendos. Et si de partium voluntate processerit, causam ipsam, appellatione remota, sine debito terminetis. Alioquin remittatis eandem ad nos sufficienter instructam, praesentibus partibus terminum competentem, quo nostro fere conscripti repraesentent sententiam, dante Domino, recepturam. Ne vero excogitatum malitiam, sicut ex quibusdam praesumptionibus pluribus videbatur, effectum sententiae in damnum Episcopi contingeret impediri, neve monasterium per q. executionem sententiae propter ipsas suspiciones incurreret detrimentum: Nos aequitate pensata ita duximus providendum, ut ante omnia supradicta sententia a nobis prolata per vos executioni mandetur. Quocirca fraternitati vestre per Ap. scripta mandamus, quatenus sententiam ipsam sublatam appellacionis obstaculo executioni mandantes, factis eadem inviolabiliter observari, contradicere pro censuram ecclesiasticam competentem. Quod si non ambo his exigendis poteritis interesse, alter vestrum eam nihilominus exequatur. Datum Laterani, VIII. Kal. Maii, Pontificatus nostri anno tercio-decimo.

NOTAE.

- 1. **I** *Dem.* Ita restituenda est hujus textus inscriptio, quae omittitur tam in hac sexta, quam in quarta collectione, sed hoc tit. c. 1. reperitur autem in epistolis ipsius Innocentii lib. 1. *regestr.* 13. ep. 59. ex qua restituenda est hujus textus littera.
- 2. **D** *Zamoren.* D. Martino Arias videlicet, de quo, & Ecclesia Zamorenfi plura adduxi in c. fin. de supplenda neglig. c. Legionen. Civitas Legionensis praefata Sublancea dicta fuit: eam primum Mercurium Trifemelium condidisse probat Lobera in *las grandezas de Leon*, c. 1. Coloniam fuisse Romanorum, tradunt Florian. de Ocampo lib. 1. c. 21. post Romanos Saevis parit, a quorum faucibus illam Leovigildus eripuit: postmodum Saraceni illam loco aquarant, tandem Ordonius primus anno 860. eam reparavit: Alfonso III. anno 907. auxit: Alfonso V. anno 1020. titulo Regali illustravit, ibique suum Curiam posuit. Ecclesia Cathedrali decora fuit jam a tertio saeculo Ecclesie, siquidem Divus Cyprianus epistolam misit Felici presbytero Legionensi, consultus super depositione Martialis Episcopi Emeritensis facta in Concilio Legionensi: & ejus Episcopus Decentius subscripsit Concilio Illiberitensi: ut ibi notavi. Illis primis saeculis Sedes illa immediate parebat Rom. Pontifici, ut probat Lobera ubi supra cap. 15. Hujus Ecclesie Praeful. D. Rodericus missa est praesens decisio, de quo & ejus successoribus agunt Aegidius Gonzalez in *theatro ipsius Ecclesiae*, Tamayo a Salazar *tom.* 6. *Martyrol. Hispan.* die 10. *Novembrii.*
- 3. **B** *Burgen.* Burgenis civitas caput utriusque Castellae, satis commendata est ab historicis propriis, & exteris, ut refert Aegidius Gonzalez in *theatro Ecclesiarum in Ecclesia Burgenfi.* Habet Ecclesiam Cathedrali Metropolitanaam a temporibus Gregorii XIII. & Catholici Regis nostri Philippo secundi. Antea tantum erat Episcopalis, translata in eam Cathedrali ex civitate Accitana, vulgo *Oca*, ut late refert Aegidius Gonzalez. Temporibus Innocentii III. eam Ecclesiam regeret Dom. Mauritius natione Gallus, de quo aliqua adducit Gonzalez ubi supra.
- 4. **C** *Oniense.* Monasterium hoc vulgo dictum S. Salvadoris de Ona, est Ordinis Divi Benedicti, in diocesi Burgenfi: constitutum a Comite Dom. Sancto de Castilla; ita appellatum non a matre ipsius Comitis Miona dicta, ut voluerunt auctor historici generalis Hispan. in vita ipsius Comitis, Archiepiscopus D. Rodericus lib. 5. 8. *hister. Hisp.* c. 11. sed ita dictam fuit a valle Onnia ipsius Burgenfis diocesis, ut late probat Yepes *tom.* 5. *chron. Divi Benedicti*, anno 1011. c. 1. Hoc monasterium ab ipso Comite fundatum fuit, ut in eo tam monachi, quam moniales vitam religiosam profertentur, postea D. Sanctus Aragonia Rex successit in ipso Comitatu Castellae ob uxorem suam D. Nunnam filiam D. Sancti, ex monasterio Cluniacensi monachos ibi constituit, fecit illud tantum monachorum. Tam ipse, quam Rom. Pontifices diocesana lege exemptum sub protectione Sedis Apostol. illud acceperunt. Quare tempore electionis Abbatis monasterii Romanus Sedes pendebat 1290. florenos, aut, ut late refert Yepes ubi supra, c. 2. & 3. Praesentis controversiae tempore reperiebatur Abbas monasterii D. Dominicus secundus, ut constat ex catalogo ipsius monasterii, relato ab Yepes ubi supra.
- 5. **I** *Segovien.* D. Gundulivus, Michael videlicet. Segovienfis

nobilis Hispaniae civitas est, ob antiquitatem ejus aqueductus, nec non & lanificii. Ab Hercule fuisse conditam probat D. Didacus Colmenares in historia ipsius civitatis, c. 1. §. 5. Obtinuit Ecclesiam Cathedrali a primo Ecclesiae saeculo; siquidem Divus Paulus ordinavit in ea primum Episcopum Divum Hierocham, ut late, & docte probat Illustrissimus D. Didacus Escalano, jam Granatenfis Archiepiscopus, in *lib. quem edidit de S. Hierobo*: & licet a Mauris occupata ea civitate Episcopis destitueretur, tamen statim ac recuperata fuit per magnam Comitem Ferdinandum Gonzal. anno 923. creatus fuit Episcopus Hleredus, ut refertur Aegidius Gonzalez in *eius theatro*, Colmenares ubi sup. g. T. Palentinus. Don Tellus Tellez de Meneles. Palentia, five Palantia, duplex est in Hispania. Alia in Regno Valentiae, de qua plura Escalano in *hister. Valentiae*, tom. 1. lib. 1. cap. 17. Alia in Pallendonibus, condita a Palatuo antiquissimo Hispaniarum Rege, ut refertur Joannes Tarrapha, & alii, quos refert, & sequitur D. Franciscus de Sandoval in *Apolog. pro S. Antonino*, p. 63. Jam a primis Ecclesiae saeculis habuisse Ecclesiam Cathedrali, probat Aegidius Gonzalez in *theatro ipsius Ecclesiae*.
- 6. **C** *Construam.* Ex c. annos Ecclesiae 16. q. 7. & aliis supra citatis in c. 2. hoc tit.
- 7. **S** *Sanctus Regem Navarre.* Quorum privilegia refert Yepes *h. tom.* 5. *chronicis in appendice*, pag. 266.
- 8. **I** *Notis litteris.* Quae exant in epistola antecedenti ipsius Innocentii, ubi ita Burgenfi Episcopo Innocentius scribit. (Orca inter te, & Oniense monasterium super statu ipsius monasterii questione, cum venerabilis frater noster Segovienfis Episcopus, & dilectus filius Palentinus electus, eam de nostro examinafente mandato, obsequio sufficienter instructam ad nostrum remississent examen: Nos tandem instrumentis, attestacionibus, confessionibus, & allegacionibus diligenter auditis, & perpicaciter intellectis, de communi fratrum nostrorum consilio, te ac L. Monacho procuratore praedicti monasterii consensum praesentibus, ita duximus providendum, ut Burgen. Episcopus singularis annis semel ad idem monasterium causa visitationis accedat, ubi devote receptus, & per diem unum honeste de bonis ipsius monasterii procuratur, Capitulum intret, & habito ad Abbatem, & fratres exhortationis sermone, de statu ejusdem diligenter inquirat: ac super his, quae in eo reformanda, vel ordinanda cognoverit, Abbas Episcopo salubre consilium fudeat adimplere. Ipse tamen nec in Abbate, nec in conventum excommunicationis, vel suspensionis, aut interdicti sententiam, hac, vel alia occasione, inconsulto R. Pontifice ferre praesumat: sed mandatum ipsius Rom. Pontificis expectetur, ut in eodem negotio, juxta quod ipse mandaverit, procedatur. Et si Abbas fuerit inventus culpabilis super eo, quod Episcopo consilium non admisit; satisfaci ei de moderatis expensis, quas propter hoc eum fecisse constitit nuntium ad Sed. Apostol. destinando. Cum autem post consecrationem suam prima vice Burgenfis Episcopus ad monasterium ipsum accesserit, recipiatur ab Abbate, ac monachis cum processione solemni: & si voluerit, celebret ibi Missam. Quociens etiam invitatus accesserit pro exhibendis ecclesiasticis Sacramentis procuretur ab eis: ita quod nunquam numerum personarum, & evocationum excedat in Lateranensi Con-